



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 17. Minus cauti in loquendo sunt ex viperarum progenie, & vrbes
absq[ue] muro.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

CAPVT XVII.

Minus cauti in loquendo sunt ex viperarum progenie, & vrbes absq[ue] muro.

Primò, hi meritò dicuntur esse ex progenie viperarum: tali enim progenie Phariseos exortos & D. Ioannes Baptista docet, Matthæi 3. 7. cùm inquit. *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira.* Sic turbas Iudæorum, Luc. 3. 7. vocat genimina viperarum. Christus verò loquelam eorum coarguens, inquit, Matth. 12. 34. *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cùm sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.* Rectissimè verò eos progeniem viperarum vocat, eò quòd se insolenter filios Abrahæ iactarent. Matth. cap. 3. vers. 9. Ioan. 8. 39. & nequaquam opera Abrahæ facerent, aut vt Abraham loquerentur ad Dominum, qui di-

cebat

Viperarum progenies.

Pharisei & scribae quomodo progenies viperarum

cebat se cinerē & puluerem. Gen.
 18. 27. Sed potiùs à parentibus ma-
 lis, murmuratoribus, & detracto-
 ribus; vt patet suprà capit. 13. malè
 educati & foti. Immò vt Saluator
 inquit, Ioan. 8. 44. ex patre Dia-
 bolo, qui primò omnium Deo in
 paradiso apud primos parentes de-
 traxit, vti & eius filij, qui Prou. 1.
 30. detrahunt vniuersæ correptio-
 ni Domini. Diabolum autē voca-
 tum serpentē & quidem antiquū,
 Apocalypsis D. Ioānis. cap. 12. 9.
 20. 2. docet. Audiendus ergò D.
 Chrysoftomus hom. 76. in Matth.
 dicens. Quemadmodum si Roma-
 nus fortè fuerit iudex, non perci-
 piet rationes tuas, nisi latinè loqua-
 ris; Sic & Christus non audit, nec
 attendit, nisi lingua sua loquaris:
 vt ostuum ita conformetur, vt os
 Christi sit, non opus est coloribus
 nec vlla materia, sola virtute, hu-
 militate, mansuetudine; huiusmo-

Lingua
 Christi
 loquē-
 dum.

di os maximè cõformatur. Os diaboli conditur maledictione, contumelijs, contradictione, periurio, mendacio. Diaboli linguam habet, qui vt Diabolus loquitur. Quæ supplicia non perpendimus, quando linguam nostram, qua Dominicam carnem degustamus, Diaboli spontè linguam efficimus? Hæc ille. Quid verò vipera ista, Diabolus scilicet, loquatur, Christus Dominus docet, Ioan. 8. 44. *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat, ab initio, & in veritate non stetit: Quia non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius.*

Secundùm est, quòd loquaces sint similes vrbi sine murorum ambitu, quæ facilè patet hostibus. Hinc Prou. 25. 28. *Sicut vrbs patès, & absq; murorum ambitu, ita vir qui*

Os Diaboli.

Diabolus mendax.

Loquaces sũt sicut vrbes sine muro.

non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quem locum explicans de religiosis & Monachis Smaragdus in cap. 4. regulæ D. Benedicti scribens, sic inquit. Monachus qui murum silentij non habet, inimici iaculis patet, quem tacitè inimicus sine labore superat, quantò & ipse contra semetipsum per multiloquium pugnat. Dictæ Salomonis sententiæ conuenit id. Iob. 30. 14. Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miseras deuoluti sunt. Ut superius, cap. 8. locum hunc explicauimus. Sed aliter sponsa inquit, Cant. 8. 10. Ego murus, & hubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Quam reperi in silentio patebit infra ex capite 24. Si ergò verum est quòd dicitur, Prou. 18. 11. Substantia diuitis vrbs roboris eius, quasi murus validus circumdans eum. Nos no-

stras diuitias spirituales muro validissimo taciturnitatis, & silentij tueamur. Ad quam quoque rem faciunt ea, quæ suprâ capite octauo numer. 1. diximus.

CAPVT XVIII.

Viginti quatuor incommoda lingue male ex capite 28. Ecclesiastici desumpta.

Primùm est vers. 10. *Abstine à Litem, & minues peccata; homo enim iracundus incendit litem, quòd fit per loquelam, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam.*

2. Est quòd lingua testificans adducat mortem, cum inquit, ver. 13. *Certamen festinatum incendit ignem, & lis festinans effundit sanguinem, & lingua testificans, adducit mortem. Si sufflaueris in scintillam, quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur, utraq; ex ore proficiscuntur. Quòd magis patet ex superiori cap. 9. num. 1.*